

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Reuerédiss.D.D.loanni Hornburg,episcopo libusianae ecclesiae, excellenti  
sapientia & uirtute.&c. patrono suo colendo

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

quidem oro, ut uos regat. Pro poculo, quod miseris orphanis meis misistis, ago gratias. Salutem opto uiris integerrimis, qui meo dolore adficiuntur. Bene ualete.

Formulam recitandam ante Canonem, nō legi; nec habeo exemplum. Ideo iudicare non potui. 1548.

Schedula tabulę collegij adfixa, ubi causam indicat, cur legere non possit.

Optima quęq; dies miseris mortalibus eui  
Prima fugit, subeunt morbi, tristis q; senectus:  
inquit Poeta. Me quoq; senem, & consecutū uarijs doloribus, ledit iam facile uocis contentio in hac assiduitate: meq; heri grauiter lesū sensi. Quare hodie hora nona nō prelegam, sed cras (Deo dante) prelecturus sum. Die Iouis, post festum Catharine, anno 43.

Reuerēdis. D. D. Ioanni Hornburg, Episcopo Libusianę ecclesię, excellenti sapientia & uirtute, &c. patrono suo colendo,

S. D. Reuerendissime domine. Quāquā propter publicas discordias multorū animi alieniores sunt a doctrinarum studijs, tamen scio R. D. T. pro sua excellenti sapientia uelle non deleri literas, qua

rum

nam cognitio omnibus temporibus necessaria est,  
 & aliquando ad concordiam proderit. Cum igitur  
 hic Simon Proxenus Budincensis carmen ad R. D.  
 T. eruditè & grauitè scripserit, & mores eius sint  
 honesti & placidi: dedi ei hanc epistolam ad R. D.  
 T. profecturo, ut orarem propter literarum amo-  
 rem, ne grauatim carmen, quod offeret, R. D. T. ac-  
 cipiat. Semper talibus laboribus & officijs sapien-  
 tes gubernatores fouere se ostenderunt. Quare &  
 huius adolescentis officium spero non ingratum fo-  
 re R. D. T. præsertim cum uena ipsius sit digna lau-  
 de. Mitto & ego carmen de proxima Eclipsi, quæ  
 profectò nouas cõtentiones minatur: quas ut filius  
 Dei leniat, toto eum pectore oro.

Non plus fata etenim, quàm pia uota ualent.

Bene & feliciter ualeat R. D. T. Die 6. Decem-  
 bris, 1554.

Ex epistola D. Philippi Melanchthonis  
 ad Georgium Raw iuniorem, quæ-  
 dam desumpta.

S. Et quidem cum in schola sedes, memento te  
 non solum inter æquales sedere: sed unà uersantes  
 purissimos angelos, spectatores esse studiorum ue-  
 strorum, et custodes corporū. Sic enim inquit Chri-  
 stus: Angeli eorum semper uident faciem æterni Pa-  
 tris. Sic nos comitantur in ludum, assident unà, &  
 red-